

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo CX

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

& in illo quamuis non per eos illi dictum. tamen uerbum suum quod iam praedicabant & in quo fundati fuerant inuenerunt. de quo uerbo resurrectionis xpi idem dicit apostolus. siue ego. siue illi sic praedicamus & sic credidistis. & iterum hoc inquit uerbum fidei quod praedicamus. quia si confessus fueris in ore tuo. quia dñs est ih̄s & credideris in corde tuo quia dñs illum suscitauit a mortuis. saluus eris. & in actibus apostolorum legitur. quod in xpo dñs definit fidei omnibus. suscitans eum a mortuis; hoc uerbum fidei quia principaliter ac primitus per apostolos qui ei coheserant. praedicatum est. ideo uerbum eorum dictum est; neque enim propterea non est uerbum dñi. quia dictum est uerbum eorum. cum dicit idem apostolus thessalonicenses excepisse a se non ut uerbum hominum sed sicut est inquit uerbum dñi. ideo ergo dñi. quia dñs id donauit. eorum uero uerbum dictum est. quia hoc praedicandum illis dñs primitus ac praecipue commendauit; ac per hoc & iam ille latro in fide sua uerbum eorum habebat. quod eorum propterea dictum erat. quoniam praedicandum ad eorum officium primitus ac praecipue pertinebat. Denique cum murmuratum esset de ministerio mensarum a iudeis grecorum antequam paulus credidisset in xpo. responderunt apostoli quid dño ante coheserunt. non est bonum nos relinquere uerbum dñi & ministrare mensis; tunc ordinandos diaconos prouiderunt. ne ipsi a praedicandi uerbi auocarentur officio. Unde merito dictum est uerbum eorum quod est uerbum fidei. per quod omnes in xpm unde cumque id audierint crediderint. uel audaturi & credituri sunt; ergo illa oratione pro omnibus quos redemit. siue tunc in carne uiuentes siue postea futuros redemptor noster orauit. cum rogans pro apostolis qui cum illo tunc erant. adiunxit & iam illos qui per eorum uerbum in eum fuerant credituri; quid autem adiunctis illis deinde dicit. alia disputatione tractandum est.

**INCIPIT SERMO EX DEO QUOD DICIT UT OMNES UNUM SINT SICUT PATER IN ME ET EGOMETE USQ. AD IO ET DILEXISTI EOS SICUT ET ME DILEXISTI**

**C**um dñs ih̄s orasset pro discipulis suis quos tunc secum habebat atq. adiunxisset suos alios dicens. Non pro his autem rogo tantum sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me. uelut quae est enim quid uel quare pro illis rogare. continuo subiit dicens; ut omnes unum sint. Sicut tu pater in me & ego in te. ut & ipsi in nobis unum sint; & superior cum adhuc pro solis discipulis quos secum habebat orasset. Pater sc̄e inquit serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. ut sint unum sicut & nos; hoc ergo & iam nunc & pro nobis rogauit. quod tunc pro illis ut omnes

hoc est & nos & illi unum sumus; ubi diligenter aduertendum est non  
dixisse dñm. ut omnes unum simus. sed ut omnes unum sint. Sicut tu  
pater in me & ego in te. subintellegitur unum sumus; quod aper-  
tius dicitur postea. quia & prius dixerat de discipulis qui cum illo erant. ut sint unum  
sicut & nos; quam ob rem ita est pater in filio & filius in patre. ut unum  
sint. quia unius substantiae sunt. Nos uero esse quidem in eis possumus;  
unum tamen cum eis esse non possumus. quia unius substantiae nos &  
ipsi non sumus. in quantum filius cum patre dñs est; nam in quantum homo  
est. eiusdem substantiae est cuius & nos sumus. Sed nunc illud potius uo-  
luit commendare quod alio loco ait. ego & pater unum sumus. ubi eandem  
patris & suam significauit esse naturam; ac per hoc & cum in nobis sunt  
pater & filius uel & iam sp̄s sc̄s. non debemus eos putare naturae unius esse  
nobiscum. sic itaq; sunt in nobis uel nos in illis. ut illi unum sint in natura  
sua. nos unum in nostra; sunt quippe ipsi in nobis tamquam dñs in tem-  
plo suo. sumus autem nos in illis tamquam creatura in creatore suo. Dein  
de cum dixisset. ut & ipsi in nobis unum sint. adiunxit. Ut mundus credat  
quia tu memisisti. quid est hoc. num quid nam tunc crediturus est mun-  
dus. quando in patre & filio unum omnes erimus. Nonne ista est paxilla  
perp̄ua & potius fidei merces quam fides. unum enim erimus non ut cre-  
damus. sed quia credidimus. sed & si in hac uita propter ipsam communē  
fidem omnes qui unum credimus. unum sumus. iuxta illud apostoli. —  
— Omnes enim uos unum estis in xp̄o ih̄u. & iam sic non ut credamus. sed quia  
credimus. unum sumus; quid est ergo. omnes unum sint. ut mundus credat.  
Ipsi quippe omnes mundus est credens; neq; enim alii sunt qui unum e-  
runt. & alius est mundus propterea crediturus quia illi unum erunt. cum  
proculdubio de his dicat. ut omnes unum sint. de quibus dixerat. Non pro  
his autem rogo tantum sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum  
in me. Continuo subiungens. ut omnes unum sint; isti autem omnes quid  
est nisi mundus. Non hostilis utiq; sed fidelis. nam ecce qui dixerat. non  
pro mundo rogo. pro mundo rogat ut credat. qm̄ est mundus de quo scrip-  
tum est. necum mundo damnemur. pro isto mundo non rogat. neq; enī  
quos ita praedestinat. ignorat. & est mundus de quo scriptum est. non  
uenit filius hominis ut iudicet mundum. sed ut saluetur mundus per ipsū.  
Unde & apostolus. Dñs inquit erat in xp̄o. mundum reconcilians sibi; pro  
isto mundo rogat dicens. ut mundus credat quia tu memisisti; per hanc  
enim fidem mundus reconciliatur dō. cum credit in xp̄m qui est missus  
adō; quomodo ergo intelletur sumus quod ait. ut & ipsi in nobis unum

sint. ut credat mundus quia tunc misisti. nisi quia non in eo causam posuit  
 ut credat mundus quia illi unum sunt. Tamquam ideo credat quod eos esse  
 unum uideat. cum ipse mundus sint. Omnes qui credendo unum fiunt. sed oran-  
 do dixit. ut mundus credat. sicut orando dixit. ut omnes unum sint. Orando  
 dixit. ut & ipsi in nobis unum sint. hoc est enim omnes unum sint. quod est  
 mundus credat. quoniam credendo unum fiunt perfecte unum. qui cum natu-  
 ra essent unum. dissentiendo ab uno non erant unum. Denique si uerbum quod  
 ait rogo. testis subaudiemus. uel potius quod plenius fit ubique. ponamus. erit  
 huius expositio sententiae manifestior. rogo ut omnes unum sint. sicut tu  
 pater in me & ego in te. rogo ut & ipsi in nobis unum sint. rogo ut mundus cre-  
 dat quia tunc misisti. ideo quippe addidit quod dixit in nobis. ut quod unum  
 efficiamur. fidelissima caritate gratiae dei nouerimus tribuendum esse non  
 nobis. sicut apostolus cum dixisset. fuistis enim aliquando tenebrae. nunc au-  
 tem lux inquit. & ne sibi hoc tribuerent. adiecit in domino. Deinde saluator noster  
 rogando patrem se hominem demonstrabat. nunc demonstrans & se ipsum  
 quoniam cum patre dei est. facere quod rogat. & ego inquit claritatem quam  
 dedisti mihi de uultu. quam claritatem nisi immortalitatem quam natura  
 humana in illo fuerat acceptura. Nam nec ipse adhuc acceperat eam. sed  
 morte suo propter immobilitatem praedestinationis praeteriti temporis  
 uerbis futura significat. quod nunc clarificandus hoc est suscitandus a patre.  
 & ipse sit nos ad eam claritatem suscitaturus in finem. simile est hoc ei  
 quod alibi dicit. sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat. sic filius quos uult  
 uiuificat. & quos nisi eosdem quos pater. quaecumque enim pater facit. non  
 aliter sed haec & filius. nec aliter sed similiter facit. ac per hoc suscitauit &  
 se ipsum & iam ipse. Nam inde est. soluite templum hoc inquit & tri-  
 duo resuscitabo illud. proinde immortalitatis claritatem quam sibi a patre  
 datam dicit & iam se sibi dedisse intellegendus est. & si non dicit. ideo quip-  
 pe sepius solum patrem facere dicit quod & ipse facit. ut cum patre quid quod  
 est ei tribuit de quo est. sed aliquando & iam tacito patre se dicit facere  
 quod facit cum patre. ut intellegamus ita filium non esse a patris opere  
 separandum quando se tacito patre dicit aliquid operari quem a modo  
 dum nec pater ab opere filii separatur. quando ipso tacito filius operari  
 dicitur. quod nihilominus pariter operantur. cum ergo tacet filius in  
 opere patris operationem suam. humilitatem commendat ut sit nobis  
 salubrior. cum uero uicissim in opere suo tacet operationem patris. pari-  
 litatem suam commendat. ne credatur inferior. isto modo igitur & hoc  
 loco necesse facit alienum a patris opere. quam uis dixerit. claritate quam

dedisti mihi. quia & ipse dedit eam sibi. nec partem fecit alienum ab opere suo. quam uis dixerit dedit eis. quia & pater illam dedit eis. Inseparabilia nam sunt opera non solum patris & filii. uerum & iam sp̄s sc̄i. Sicut autem ex eo quod partem pro suis omnibus rogauit. hoc fieri uoluit ut omnes unum sint. Ita ex hoc & iam suo beneficio quod ait. claritatem quam dedisti mihi dedit eis. id fieri nihilominus uoluit. Nam continuo subiunxit. ut sint unum sicut nos unum sumus. Deinde addidit. Ego in eis & tu in me. ut sint consummati in unum. ubi se mediatorem inter d̄m & homines breuiter intimauit. Neq. enī hoc ita dictum est. tamquam pater non sit in nobis. aut nos in patre non simus. Cum & alio loco dixerit. Veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus. & hic paulo ante s̄d dixerit. Ego in eis & tu in me. quod dixit modo. aut ipsi in me & ego in te. sed tu in me & ego in te & ipsi in nobis; quod ergo nunc ait. ego in eis & tu in me. ita dictum est ex persona mediatoris. sicut illud quod apostolus ait. Uos xp̄i. xp̄s uero d̄i; quod uero addidit. ut sint consummati in unum. ostendit eo per duci reconciliationem quae fit per mediatorem. ut perfecta beatitudine cui nihil iam possit adici perfruemur. Unde id quod sequitur. Ut cognoscat mundus quia tu me misisti. Non sic accipiendum puto. tamquam iterum dixerit. ut credat mundus; aliquando enim & cognoscere pro eo quod est credere ponitur. ut est qd̄ ait aliquanto superius. & cognouerunt uere quia ate exiit & crediderunt quia tu me misisti. hoc dixit posterius crediderunt. quod prius dixerat cognouerunt. sed hic quando quidem de consummatione loquitur. talis est intellegenda cognitio qualis erit per speciem. non qualis nunc est per fidem. Nam uidetur ordo esse seruatus in eo quod paulo ante dixit. Ut credat mundus. hic autem. ut cognoscat mundus; ibi enim quam uis dixerit. ut omnes unum sint & in nobis unum sint. Non ait tamen sint consummati in unum. atq. ita subnexuit. ut credat mundus quia tu me misisti. hic uero ut sint inquit consummati in unum. Ac deinde non addidit. ut credat mundus. sed ut cognoscat mundus quia tu me misisti; quam diu enim credimus quod non uidemus. nondum sumus ita consummati. quē admodum erimus cum meruerimus uidere quod credimus. Rectissime igitur ibi ut credat mundus. hic cognoscat mundus. tamen & ibi & hic quia tu me misisti. ut nouerimus quantum pertinet ad patris & filii inseparabilem caritatem. hoc nos modo credere quod tendimus credendo cognoscere. Si autem diceret. ut cognoscant quia tu me misisti. tantumdem ualeret quantum hoc quod ait. ut cognoscat mundus; ipsi sunt enī mundus non permanens inimicus. qualis est mundus damnationi predestinatus.

sed ex inimico amicus effectus. propter quem dñs erat in xpo mundum  
reconcilians sibi. Ideo dixit. ego in eis & tu in me. tamquam diceret; ego in eis  
ad quos misisti me. & tu in me mundum reconcilians tibi per me. propter  
ea sequitur & iam illud quod ait. & dilexisti eos sicut & me dilexisti. In filio  
quippe nos pater diligit. quia in ipso nos elegit ante mundi constitutionem,  
Qui enim diligit unigenitum. profecto diligit & membra eius quae adopta  
ut in eum per eum. Nec ideo pater sumus unigenito filio per quem creati &  
recreati sumus. quia dictum est. Dilexisti eos sicut & me. neq. enim semper  
aequalitatem significat quid dicit. sicut illud ita & illud. sed aliquando tantum  
quia est illud. est & illud. aut quia est illud ut sit & illud; quis enim dixerit  
eo prorsus modo in mundum a xpo apostolos missos. quomodo est ipse mis  
sus a patre. ut enim alias taceam differentias quas commemorare longum  
est. missi sunt certe illi cum iam homines essent. missus est autem ipse  
ut homo esset. & tamen superius ait. Sicut me misit in mundum. & ego misi  
eos in mundum. tamquam diceret. quia misisti me. misi eos; ita & hoc loco  
Dilexisti eos inquit. sicut me dilexisti; quod aliud nihil aliud est. quam di  
lexisti eos. quoniam & me dilexisti. Non enim membra filii non diligit & qui  
diligit filium. aut alia causa est diligendi membra eius. nisi quia diligit eum.  
sed diligit filium secundum diuinitatem quia genuit illum aequalem sibi.  
Diligit eum & iam secundum id quod homo est. quia ipsum unigenitum  
uerbum caro factum est & propter uerbum est eicara uerbicaro. Nos  
autem diligit. quoniam sumus eius membra quem diligit & hoc ut essemus.  
propter hoc nos dilexit antequam essemus; quia propter inconprehen  
sibilis est dilectio quae diligit dñs. neq. mutabilis. Non enim ex quo ei re  
conciliati sumus per sanguinem filii eius nos coepit diligere. sed ante mundi  
constitutionem dilexit nos. ut cum eius unigenito & iam nos filii eius essemus  
prius quam omnino aliquid essemus; quod ergo reconciliati sumus dño per  
mortem filii eius. non sic audiat. non sic accipitur. quasi ideo nos reconci  
liauerit ei filius. ut iam inciperet amare quos oderat. sicut reconciliatur in  
imicus inimico. ut de inde sint amici & inuicem diligant qui oderant inui  
cem; sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei cum quo propter peccatū  
inimicitias habebamus; quod utrum uerum dicam adtestatur apostolus.  
Commendat inquit dilectionem suam dñs in nobis. quoniam adhuc cum pec  
catores essemus. xps pro nobis mortuus est; habebat itaq. ille erga nos  
caritatem. & iam cum inimicitias aduersum eum exercentes operaremur  
iniquitatem. & tamen ei uerissime dictum est. Odisti dñe omnes qui  
operantur iniquitatem; pro inde miro & diuino modo & quando nos

oderat diligebat; oderat enim nos quales ipse non fecerat, & quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte consumpserat. nouerat simul in uno quoque nostrum, & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat; & hoc quidem in omnibus; intellegi potest de illo cui ueraciter dicitur: nihil odisti horum quae fecisti; Non enim quodcumque odisti, esse uoluisti, aut omnino esse, quod omnipotens esse noluisse, nisi & in eo quod odit, esse, & iam quod amat, merito quippe odit, & uelut a regula suae artis alienum improbat uitium, amat tamen suum, & iam in uitio siue in sanatione beneficium, uel in damnatione iudicium; ita dicitur & nihil odit eorum quae fecit, naturarum enim non uitiorum conditor, mala quae odit ipse non fecit, & de malis eisdem uel sanando ea per misericordiam uel ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quae fecit; cum igitur eorum quae fecit nihil oderit, quis digne possit eloqui, quantum diligat membra unigeniti sui, & quanto amplius ipsum unigenitum in quo condita sunt omnia uisibilia & inuisibilia quae in suis generibus ordinata ordinatissime diligit; membra quippe unigeniti ad angelorum sanctorum aequalitatem gratiae suae largitate perducit. Unigenitus autem cum sit dominus omnium, proculdubio est dominus angelorum, natura qua dominus est, non angelis, sed patri potius aequalis; gratia uero qua homo est, quomodo non excedit excellentiam cuiuslibet angelici, cum sit una persona carnis & uerbi, quamquam non desint qui & iam nos angelis praeferant, quia pronobis inquit, non pro angelis mortuus est christus, <sup>quia</sup> sed id est aliud de impietate uelle gloriari, & enim christus sicut ait apostolus, iuxta tempus pro impiis mortuus est; hic ergo non meritum nostrum, sed dei misericordia commendatur. Nam quale est, ideo se uelle laudari, quia uitio suo tam dicitur aegrotauit, ut non possit aliter quam medici morte sanari. Non est haec nostrorum gloria meritorum, sed medicina morborum; an ideo nos praeferimus angelis, quia cum & angeli peccauerint, nihil eis tale unde sanarentur in pensum est, quasi aliquid eis uel parum fuerit in pensum & nobis amplius, quod si & hoc factum esset, adhuc queri possit, utrum ideo fuisset factum, quod steteramus excellentius, an quod desperatus iacebamus; Cum uero nouerimus bonorum omnium creatorem reparandis angelis malis nihil gratiae contulisse, qui non potius intellegimus quod tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa, quanto erat natura sublimior; tanto enim minus quam nos peccare debuerunt, quanto meliores nobis fuerunt, nunc autem in offendendo creatore tanto execrabilius beneficio eius ingrati extiterunt, quanto beneficentius sunt creati; Nec esset satis fuit desertores esse illius, nisi & nostris fierent deceptores, hoc itaque nobis magnum

bonum conferet qui dilexit nos sicut dilexit xpm. ut propter ipsum cuius membra esse nos uoluit. aequales scilicet angelis scilicet simus quibus & natura inferiores conditi sumus & peccato indigniores facti. qui eorum fieri quales cumq. socii debemus.

**INCIPIT SERMO CXI. DE EO QUOD DICIT PATER QUOS DE  
DISTI MIHI UOLO UT UBI EGOSUM ET ILLI SINT MECUM  
USQ. AD UT DILECTIO QUAE DILEXISTI ME IN IPSIS SIT  
ET ECO IN IPSIS**

In magnam spem dñs ih̄s suos erigit. quia maior omnino esse non possit. audite & estote in spe gaudentes. propter quod uita ista non amanda sed toleranda sit. ut esse possitis in eius tribulatione patientes. Audite inquam. & quo spes nostra leuetur attendite. Xps ih̄s dicit filius dī unigenitus qui patri co. aeternus & aequalis est dicit. qui propter nos homo factus est. sed sicut omnis homo mendax non factus est dicit. Uia uita ueritas dicit. qui mundum uicit. de his quibus uicit dicit. Audite credite. sperate. desiderate quod dicit. Pater inquit quos dedisti mihi. uolo ut ubi ego sum & illi sint mecum. qui sunt isti quos ait a patre datos sibi. nonne illi de quibus alio loco dicit. Nemo uenit ad me. nisi pater qui misit me traxerit eum. Jam quomodo ea quae fieri dicit a patre. faciat & ipse cum patre. si quid in hoc euang. gelio profitimur. nouimus. ipsi sunt ergo quos a patre accepit. quos & ipse de mundo elegit. atq. eligit ut iam non sint de mundo. sicut non est & ipse de mundo. ut sint tamen & iam ipsi mundus credens & cognoscens quod xps a dō patre sit missus. ut mundus ex mundo liberaretur. ne mundus dō reconciliandus cum mundo inimicissimo damnaretur. sicut enim ait in huius orationis exordio. Dedit ei potestatem omnis carnis. id est omnis hominis ut omne quod dedisti ei. d& eis uitam aeternam. ubi ostendit potestatem se quidem omnis hominis accepisse. ut liberet quos uoluerit. damnat quos uoluerit qui uiuos & mortuos iudicabit. sed eos sibi esse datos quibus omnibus d& uitam aeternam. Sic enim ait. ut omne quod dedisti ei d& eis uitā aeternam. proinde non ei data sunt quibus uitam non dabit aeternam. quam uis & ipsorum potestas data sit. cui potestas data est omnis carnis id est omnis hominis. ita mundus reconciliatus ex inimico liberabitur mundo. cum in illum exercit potestatem suam ut eum in mortem mittat aeternam. Hunc autem facit suum. cui uitam donat aeternam. qua propter omnibus prorsus ouibus suis bonus pastor. omnibus membris suis magnum caput promisit hoc premium. ut ubi est ipse & nos cum illo simus. nec poterit nisi fieri quod omnipotenti patri se uelle dixit omnipotens filius. ibi est enim